

LITUANI olim superstitiosissimi fuisse: Ignem, Fulmen, A. Lucos, Arbores proceras Viperas item, & Serpentes colebant. *Cramerius lib. 15.* De his sic scribit *Guagnin. in descript. Lituan.* Lituanica, & Samogitica gens olim multorum deorum superstitiosi dedita fuit, imprimis ignem (quem sua lingua *Znicz*, ut rem sacram appellabant) cultu divino prosequerantur, eumque in celebrioribus locis, atque oppidis perpetuum servabant, & sacerdotibus cum ministris ad hoc munus obsequium adhibebant: quod si incuria ministrorum ignis exstingueretur, capite pledebantur. Hujusmodi ignis Vilnæ metropoli Lituaniæ in arcis medio (ubi nunc basilica divo Stanislao dicata erecta est) perpetuo aservabatur. Fulmen quoque, quod Perunum Sclavonica lingua appellabant, pro Deo colebant. Lucos præterea, & eximias, procerasque arbores, in sylvis singuli sacrosantas habebant, violare eas ferros, injuriave aliqua nefas erat: quod si Lituanius aliquam arborem, vel ignem quolibet modo dehonestasset, statim vel dæmonum sævitia interibat, vel membro aliquo correptus privabatur. Solem forte nubibus obsecraturum credebant sibi succensere, ideo sese illi, quod placaretur, devotebant. Viperas item, atque serpentes deos esse credebant, & singuli patres familias, singulos serpentes domi aservare solebant, quos pro Penatibus adorabant, lacque, & gallos gallinaceos eis immolabant: eratque inauspicatum, & exitabile toti familie, quempiam ex eis violasse, aut domi non fovisse: tales enim vel bonis omnibus privabantur, vel crudeliter lacerati interibant.

Poloniæ **MIECISLAUM** regem, Solem, Lunam, Auroram, quam *Poruvifid* appellabant, cultu divino prosequerantur. Præterea *Jovem*, quem illi *Jestiam*, *Plutonium*, quem *Ladim* sive *Ladonem*, *Ceterem* quam *Niam*, cuius templum *Gnefzæ* celeberrimum erat, *Venerem* quam *Marzannam*, & *Dianam* quam *Zicvoniã* gentili lingua appellabant. *Lelum* quoque, & *Polelum*, Romanis *Castorem*, & *Pollucem* appellatos, pro diis colebant, Et adhuc in computationibus illa gens nomine eorum utitur, *Lelum* *Polelum* vociferantes. Solebant diebus festis ad lusus, & choreas pariter convenire, maximè 25. die *Mail*, & vigesima quinta *Junii*. Quam congregationem populi *Stado*, id est, agmen appellabant: quod adhuc apud *Ruthenos*, & *Lituanos* passim in villis observari videtur. Post *Dominicam* enim conductus *Pachæ* ad divi *Joannis Baptistæ* festum, mulieres & virginibus diebus festis ad choreas turmatim convenire solent, *Ladonemque* canentes, & *Lado*, frequentius ingeminantes: manibus complaudentes, in gyrum choreas ducunt. *Guagninus in vitis Regum Polon.*

**Sylvas SCLAVINI**, & *Nymphas* colunt, & *Dæmones* alios, siquæ sacrificia faciunt, & inter sacrificandum vaticinantur. Habent præterea lege cautum, a majoribusque traditum, ut inter numerum deorum, unum illum, qui sit fulminis fabricator, Dominum omnium rerum, ac solum Deum esse credant, illique boves, & hostias ejus generis alias mactant: Fortunam vero, quid ea sit, nec sciunt, nec vim ullam in homine habere fatentur. Sed quando, vel domi morbo largientibus, vel foris in prælio periclitantibus, mors imminet, jubentur pro incommoditate sacrificare, habentque persuasum, per sacrificia salutem sibi redemptum iri. *Dubravius lib. 1. ex Præcipio.*

**VANDALI** præter lucos, & penates, quibus oppida, & agri redundabant, varios Deos colebant. Prone Deus erat *Aldenburgensis*, sive *de Polaborum*, *Radigast* Deus terræ *Obotritorum*. His dicati erant flammæ, & sacrificia. **Festos** dies sacerdos ad fortis nutum denunciabat: conveniebantque viri, & femina cum parvulis, mactatisque hostiis boum, & ovium, plerumque etiam hominum Christianorum, sacerdos de cruore libabat, populus ad epulas convertebatur. **Zuantevitio**, Deo *Rugianorum*, ut potè efficaciori in responsis, annuatiom hominem Christianum, quem fors dedisset, immolabant, & de omnibus *Vandalorum* provinciis, status sacrificiorum impensis eo transmittabant. *Cranzius lib. 3. Vandalia, c. 37.*

Qui sub polo habitant arctico Solem, & Lunam adorant: panum quinciam rubicundam in perica suspensum. Nonnulli quicquid primo diluculo in celo, terra, vel aquis vivum apparent, hoc ipsum usque ad crepusculum ejusdem diei pro numine adorant. *Olaus magnus lib. 3. cap. 2.*

**INDI** omnes multos, diversosque deos colunt. Eos habent percussos, sicut solis status: nempe lignis, terris, argenteive. *Peruana* regio eos avium forma, tygridum, cervorum, & aliorum animalium exhibet: interdum etiam caudatos *Satyrorum* specie. *Jo. Metellus.*

**JAPONI**, regibus quique suis in foro civili, in sacro *Tundis* (sic *Episcopos* vocant) ac *secularum Principibus* parent. Eæ vestes sectæ ferè duodecim numero sunt: quæ licet cultus, & superstitionibus inter se multum differant, in tollenda tamen animorum immortalitate conspirant: & quamvis plebi varia deorum nomina ad colendum proponant, ipsi tamen secum, præter ortum, & interitum, nihil esse constituunt. Ad hanc opinionem imis animi sensibus penitus insingendam, commentationes ciciter bis mille, & quingentas paratas habent. Quas qui diu, multumque secum perpenderit, omni tandem religione solutus, in illa cæcitate profusus conquiescit. *Jo. Metellus.*

**Sinarum** populi in extremo Oriente, templa amplissima, multique statuis, & picturis illustrata frequentant: & quamvis varia simulacra venerentur, unum tamen Deum, rerum omnium opificem, & rectorem, præcipue colendum esse dicunt, eique potissimum supplices preces adhibendas. Unius mulieris imaginem, quam appellant *Nammam*, quam ajunt esse apud Deum summum humani generis ad vocatam, honoribus summis afficiunt. Et aliud apud illos simulacrum virginis, quam tradunt regis ejusdem filiam, & rerum celestium cupiditate omnes opes humanas neglexisse, ut divinarum contemplatione frueretur: in hujus tutelâ Sinarum gentem esse credunt. Alius apud illos *Deus sanæ sanctus* habetur. *Hunc* hominem fuisse narrat fortissimum, atque tantis virtutibus præditum, ut miracula multis in locis edidit. Quorum illud potissimum fuisse dicunt, quod semel armatus, ensè nudo in fluvium projecto, quasi quodam lembo invecus, ingentem fluvium trajecerit, ut suis, quibus hostibus in prælio vehementissimè præstantur, auxilium afferret. Hunc ob præclaras virtutes, & egregium justitiæ splendorem in divos relatus fuisse, commemorant. Multos alios divos habent, quibus statuis dædicatis honores instituant. *Oforvius lib. 11. rerum Em.*

SUPERSTITIONIS MATERIA. RESPECTU.

PERSONARUM, ERGA QUAS. Ut erga Dæmonas.

**ETHNICI** olim spiritus abigebant certo legumine in os indito, & retrorsum tacto, nudis pedibus, certaque precum formula novis repetita: sic enim adoratur omnino *Satanas*, *G* ne quid importet mali. Id præci Latini mense *Majo* per triduum faciunt, placandis (ut ajebant) *Lemuribus*, sive *Remuribus*, quam institutionem a cæde *Remi* dicebant ortam, quod spiritus eo mortuo incolas loci infestarent. *Bodinus lib. 3. Dæmonom. cap. 5.*

PUEROS, INFANTES.

**Priscorum** mos fuit, ut editos infantes terram attingere juberent, *Opemque* deam invocarent, ut nascentibus opem ferret, sinu eos excipiens: nec vocem prius dari putabant, quam terram attingissent. *Levanam* quinciam deam dicebant, quæ pueris præselet de terra levandis: *Augustinus Civitatis divinae lib. 4.* item *Macrobius Symposiaca* 1. *Varro de vita Patrum lib. 2.* Natus si erat vitalis, ac libatulus ab obsterice, statuebatur in terra, ut aufpicaretur rectus esse. Et in libro de *Macrobius Seneca*: Omnes infantes terra nudos excipit. Hinc *Papinianus, Sylvorum*, 1. in *Stella epithalamio*, & *Violantilla*:

— Tellure cadentem  
Excepti, fovique sinu —  
Sed *Es* lib. 5. *Syroula postrema*:  
— tellure cadentem  
Aspexi, atque unctum geniali carmine fori.  
*Cælius lib. 20. cap. 14. A. L.*

Cum infans editus primam lucem hausisset, Romanis erat in usu, ut ab obsterice exceptus, humi sterneretur, quasi divinationem futuri exitus inde auspici: lectoque *Pilumno*, & *Picumo* in adibus parato, ita augurabantur, ut his præsidibus diis vitalis foret: neve *Sylvanus* in domum irrepere valeat, quem vexare pueros opinio erat, ad foveas aditus tres viros, qui pervigiles domum circumirent, advocabant, quorum primus limen securi, alter pilum feriebat, tertius vero scopis evertebat: mox nomen, & tempus editorum filiorum apud præfectos ararii publicis aditis testarentur, & scriberent. Quæ quidem in Saturni æde tanquam publica monumenta servare proditum est. Deinde cum cibo, & potu eum initiarent, *Eduzæ*, & *Potinzæ* sacra fecerunt: Eodemque Adolescentis *Maje*, quæ *Fama* dicta est, ac *Sarano*, & *Fabulino* more patrio immolarent. *Alex. lib. 1. cap. 25. ex D. Augustino de Civitate Dei.*

MOYSES

**MOYSES** *Maymonis* lib. 3. *Morene* bocin, *Amorraos* scribit inter alia folios per flammam recentes ex utero foetus transfundere, & credidisse liberos a calamitatibus plurimis vindicari: eandemque superstitionem nutritis adhuc observantes a se in *Aegypto* visas. *Loca* extant 2. *Reg. 21. Es. 23. 2. Paralip. 28. Es. 33. lib. 3.*

**Veteres ROMANI** puerorum collo solebant pendendi membra speciem appendere, quam appellabant *fascinum*, ut esset (prout ajebant) præfascine, & sortilegia averteret, idque ex electro maximè, quod *Pitinius* innuit *lib. 37. cap. 3.* turpem omnino modum, & diabolicum, animis ad libidinem inflammandis. *Bodinus lib. 3. Dæmon. c. 3.*

REDUCES.

**GRÆCI** non ducebant esse puros, neque in coetus suos recipiebant, neque accedere permittebant ad templa illos, quorum ductum funus fuerat, & factæ eum mortuus exequiæ. Ajunt, quemdam hac contactum superstitione *Aristinum* misisse *Delpchos* præcatum *Apollinem*, supplicatoremque: ut liberaretur **B** angustis, quibus ex lege tenebatur. Et cecidisse *Pythiam*.

Quodque tibi mulier læto, dum parvum, egit, illud idem nunc vixus obi, *Es. fer. sacra tonanti.* Ita *Aristinum* prudenter præbuisse se quasi denuo editum mulieribus, ut se lavarent, in canubus colligarent: mammam præberent. Eum morem servare ceteros omnes, qui dicti *Cytheropotmi*, id est, vivi elati fuerit. Alii & ante *Aristinum* in *Hytheropotmi* ferunt hæc observata, ac morem esse vetustum. *Plut. in quæst. Rom.*

Eos, quos fama præter defunctos falsò vulgavit, si reduces sint, non excipiunt foribus: sed confensu testis eos intro demittunt. **VARRO** causam asserit talem. Cum bello *Siculo* pugna navalis ingens commissa esset, multosque rumor vanus mansisset occubuisse, reversos brevi spatio omnes mortem obisse ajunt: Uni ingredienti fores occurrisset sponte se claudentes, neque laxatas fuisse molentibus pandere. Ille ibidem sopito pro janua speciem in formis monstrasse, ut ex testis in ades demitteret. Cui parentem, fortunatum evasisse, & grandævum. Hinc morem manifeste posteris. *Plut. in quæst. Rom.*

MORTUOS.

**ÆGYPTII** dum manibus defunctorum parentant, post preces oppleti lacrymis, tumulum amplexantur, & coronant: quibus mos erat, in insula, quæ *Abalos* dicitur, ut si quo merso in flumine, cadaver non appareret, centum annis illi funus facerent, & ita manes expiarent. *Alex. lib. 5. cap. 26.*

**Epicaudus** refert, *Hæculium* occiso *Geryone* cum victor per *Italiam* armenta duxisset, ponte, qui post *Sublicius* dicitur est, ad tempus instructo, hominum simulacra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat in fluvium demisisse: ut aqua secunda in mare devertat, pro corporibus defunctorum veluti patris sedibus redderentur. *Macrobius lib. 1. Satur. cap. 11.*

**ORESTES**, trucidata matre *Clytæmnestra*, parentem convivium velut in illius honorem exhibuit. Hinc proverbium, *Benevolus trucidator.*

**ACHILLES** manes, in *Sigao* nisi nudos, & unguentis delibutos circa sepulchrum decurrentes, expiare compertum. *Alex. lib. 5. c. 26.*

**GRÆCI**, paucis a morte diebus, feralia litabant defunctis obsequia: observatumque, ut reliquo corpore combusto, plerumque digitum, membrumque, aut crines seponerent, quibus **D** tanquam cadaveri ipsa perfolerent, & parentarent. *Idem.*

**DELPHI**, cum *Pyrrhi* tumulum nullo honore antea coluissent, postea eum didicissent, illum contra *Gallos* pro *Delphis* adfuisse, *Pyrrhi* manibus in posterum parentarent. *Idem.*

Idem apud aram *Epitymbiaz* *Veneris* manes evocabant, & defunctis parentabant. *Idem.*

**DELPHI** pueri, & puellæ, *Hyperboris* virginibus viris sanctis totis crinibus parentasse dicuntur: quos suis involutos, supra illarum monumentum puellæ deponunt, pueri verò in sepulchris. *Idem.*

**THRACES** ad *Terei* sepulchrum, qui parentant, aut immolant, hordei loco calcuis utuntur. *Idem.*

**PLATÆNSES** *GRÆCI*, qui ceciderunt illic, & humati fuerunt quotannis parentant: *Menaclæ* tertiis mensis (qui apud *Bœotios* est *Alalcomenius*) sextodecimo die pompam agunt: quam antecedit prima luce tibicen clarificum canens: sequuntur plautra myrti, & coronamentorum plena, taurus niger, liba. *L. B. Theat. vir. Human. Tom. VII.*

mina in amphoris vini, & lactis, cerosisque olei, & unguenti adolescentem ingenium ferunt, nulli enim licet homini conditionis servilis illud attingere ministerium, quod illi viri pro libertate accubissent. Novissimus *Platænsium* arehon (cui alias neque ferrum attingere, neque aliam quam candidam induere vestem fas est) tunc sago puniceo amictus fuit: ex tabulario *hydriam*, gladiumque tenens medio oppido ad monumenta pergit, mox aquam ex fonte capit, abluat pilas, & injungit, immolatoque super *pyram* tauro, *Jovem*, ac *Mercurium* inferum præcatum, viros illos fortes, qui lethum pro *Græcia* opteterunt, ad cœnas, & inferas invitat, tum patram vino miscet, quam ubi profudit, ita fatum: *Propino* illis viris, qui pro libertate *Græciæ* occiderunt. *Plut. in Aristide.*

Apud **ARGIVOS**, qui amiserunt propinquum, aut familiarem, his moris est, mox sub lectum, ut *Apollini* operentur, diebus triginta post *Mercurio*. Arbitrantur enim, quomodo corpora mortuorum terra recepit, ita *Mercurium* animas. *Apollinis* ministro hordeum dant, & carnes hostiæ accipiunt: extingunt, ut pollutum ignem, eumque ab aliis accendant, quo carnes affiant, quas encnifina nuncupant. *Plutarchus in quæst. Græc.*

Apud **ALBANOS**, manibus defunctorum parentare, aut justa perfolere, nulli permittitur, quod defunctos humana ope putabant non egere. *Eisdones* purgatum defuncti caput inaurant, illique quotannis hostias mactant, & justa perfolunt. *Augillæ*, qui ultra *Cyrenem* sunt, nullos deos, præter defunctorum manes, putabant: ab illis, ubi tumulis incubere, per somnia responsa accipere opinati. *Alexand. l. 5. c. 26.*

**ROMANI** floribus ornare sepulchrum, & sacrificio, atque epulo defunctis parentare solent, nonnunquam thure, & mero supplicare, sine tibicine: quibus in acie casus fuit tam ara quam annua parentatio constituta. Et tamen mense *Februario* mortuis dare inferias consueverunt: *Decius* tamen, & *Brutus*, contra majorum instituta, *Decembri* mense parentarunt. *Idem.*

**ROMANI**, teste *Ovidio* lib. 2. *Festorum*, celebrantur mense *Februario* *Feralia*, quibus diis manibus iusta solvebantur, & epulæ ferebantur ad sepulcra ab his, quibus jus erat ibi parentatæ, unde & *Feralia* *Festo*, & *Varroni* dicta sunt. Poniebantur autem epulæ in his sacris super silecem, quæ inde, ut *Servius* dicit, *Silicernium* dicebantur: quo vocabulo quidam significari volunt funebre convivium, quod senibus exhibetur. *Donatus* *Silicernium* esse dicit cœnam, quæ inferitur diis manibus: quod eam silentes cernant, id est, umbra possideant: vel quod qui eam inferant, cernant, neque degustent, & c. Appellabatur etiam *Parentalia*, sacra, in quibus pro parentibus, seu majoribus extructæ epulæ sepulchris ferebantur. Quamvis autem manes parvis muneribus placari crederent, lacte, vino, & aliis rebus, quarum apud *Ovidium* fit mentio: tamen etiam mactabant victimas. Unde quidam a feriendis pœcudibus *Feralia* putant dicta esse. Sacrificiis addebant preces, accendebant lumina. Cum *Romani* bellis impediti olim intermississent *Parentalia*: putabant iratos manes tempestatem, & pestem immisisse, & egressas à sepulchris umbras defunctorum errasse cum questibus circa sepulchra, item per urbis vias & agros: Duravit hoc festum undecim diebus: quibus nuptæ à viris secubabant, nobiles nuptias non contrahabant, simulacra deorum velabantur. *Lavaterus de Spedris parte 3. cap. 4.*

Mense *Majo* celebratur nocturnum festum, quod initio *REMUURIA*, postea *Lemuria* vocarunt. Hoc festum non multum à *Feralibus* differt, quæ ad *Placandos* *Lemures* instituta fuerunt. De origine eorum, & ritibus, vide *Ovidium* lib. 5. *Fast.* Surgebat intempesta nocte, qui umbras placaturus erat, nudis pedibus incedebat, aqua fontana se perliebat. Fabas, quas ore verberaret, à tergo jacebat, dicebatque se illis redimere, pulsabat. **H** que æra, & orabat, ut umbræ abirent: quod si novies scissent, perfecisse se putabant sacra. Per triduum autem celebrata fuerunt. *Idem.*

Rogus cum lustraretur militari more, instructus, armatusque acies ter circum incensam *pyram* (ubi defunctos acie cremabant) arma quæntes, eum lectum, & lamentabili carmine, arma, & spolia in ignem mittebant, & hostiis immolatis inferias occisorum manibus dabant. *Alex. lib. 5. c. 26.*

**Gangem** fluvium *INDI* sanctum existimant: ita ut, mortuorum, regni *Bengalæ* indigenæ, & incolæ, hoc flumine mergi se jubent: sed pedibus duntaxat. *Jo. Metellus.*

ANIMALIA BRUTA.

AMORREI imprimis Solem adorabant quem xux' *Es. xvij.* Hebrea Dd 4



cubare fas erat: neque apud ejus lecti fulcrum capfulam esse cum furtive, atque ferro oportebat. *Gell. lib. 10. cap. 15.*

CONCUMBENDO.

MAZUSIUS abstinet a mulierum congressu, nisi si quam bello ceperit. *Erasm. in Adag.*

ITER FACIENDO.

THEAGENES legitur usque adeo fuisse superstitiosus, ut domi haberet Hecates simulacrum, nec usquam pedem moveret, nisi illo consulto. *Erasm. in Adag.*

BELLUM GERENDO.

LACONES si quando pactum auxilium poscerentur, lunas caufabantur, atque hoc preterito suffigebant: quod, ut testatur Lucianus legem tulisset Lycurgus, ne praelium inirent, nisi plenilunio. In ceteris item negotiis suspicandis lunæ rationes superstitiosus observabant: atque hinc occasio proverbii, Laconica lunæ. *Erasm. in Adag.*

Scribunt, Pop. Rom. quoties hostium vim propulserent, aut illam injuriam laeficari depellerent, quo minus arma sumerent, & hostibus obviam irent, nulla religione teneri, atque, quod & evitabiles de nullos censere: illoque tantum observare, cum inferenda in hostes arma, non propulanda forent. Periat enim diebus vim cuiquam inferre piaculare est, propulsa non utique. *Alex. lib. 4. cap. 20.*

SICCITATEM AMOLIENDO.

Romæ ad portam ad MARTIS ædem Manalis lapsus fuit, qui in urbem delatus, pluvias excitare dicebatur: sicut aqua in Lycæi Jovis fonte, si quando siccitate laboraretur, sacerdoti manu quæno ramo agitata, coegbat nubes, largoque effundebat imbres. Et Athenis Terræ fuisse simulacrum, Pausanias prodit suppliciter Jove aquam expetentis, verò eventu, cuius ara in monte Hymetro viscebatur, quem Imbrion quasi pluvium Jovem dixere. Et apud Indos in arca, quam magi incolunt, dolium vidisse Apolloniis tradit, quo aperto, in defectu aquarum nebula emittuntur, quæ totam Indiam imbribus humectant. Quod etiam documentum Democriti fuit, ut ad imbres excitandos, caput, & collum chamæleontis ligno roboris uri præceperit. *Alex. lib. 4. cap. 16.*

SUPERSTITIOSIS FINIS PROPRIUS.

Ignorantia vera pietatis Superstitionem parit. Itaque cum Dei cultu ab ipsa natura sit inestibus humanis impressus, per se Superstitiosus non est, quin non propter aliud, quam quod Deum hac ratione colendum putant, hanc, vel illam cultus formulam sequantur.

IMPROPRIUS CAUSA SUPERBIDORIUM opprimendorum.

Tradunt quidam Regem quendam Ægyptiorum priscum, superstitiosum animalium cultum, in singulis ferè urbibus peculiaritatem, lupi, crocodili, ichneumonis, accipitris introduxisse, ut populum temerarium, & ad res novandas promptum diversitate religionis distraheret, & multitudini alioqui invictæ occasionem perpetui diffidii daret: Siquidem cum animantes illa infestè, & hostiliter se mutuo peterent, earum cultores in factiones quoque sensim distracti sunt. Soli Ægyptiorum Lycopolitæ ove vescuntur, quando & lupus, quem pro Deo habent. Oxyrinchitæ cum oxyrinchum piscem, Cynopolitæ mandent, canes eorum captos, & immolatos ut victimam d voraverunt. Hinc bello commissi cum se invicem cladibus affecerunt, tum postea ab Romanis malè militati pacem composuere. *Plur. de Hist. & Diad. lib. 1. cap. 7.*

ANIMANDI CONTRA HOSTEM.

Vide Tit. Animare milites suos Auxilii divini spe. Cum esset XERXES ex superiore Doridis regione in Phocidem digressus, oppidaque Phocenium flamma devastaret: non tulerunt Græci supplicia, licet orarent Athenienses, ut ad arcendum à terra Attica bellum in Bœotia occurrerent, sicut ipsi obsecrant se ad Artemisium. Verum cum audire eos nemo, sed respicerent Peloponnesum, omnesque vires molirentur intra Isthmum contrahere, & murum, de uno mari in alterum duccrent: ibi Atheniensibus restabat necessarium, ut urbe relicta neque amplerentur. Accipiebant id plebs mollè: quod aris, focisque relicta neque victoriam desiderarent, neque viderent salutem. Hic Themistocles ad inducendam multitudinem humanis desituros consiliis, sicut in tragœdia machinam erigens, prodigia cœlestia, & oracula admovit. Ostendit

tum mutuatus est à draconè, qui per eos dies non fuit in aditu visus: & libamibus, quæ ei proponebantur quotidie, integris reperitis, sacerdotis unciaverunt pro concione, dicendi potestate iis à Themistocle facta, dereliquisse Minervam urbem, & ducem se civibus ad mare præbere. Jam oraculo populum tractavit, nihil aliud docens muro ligneo, quam naves ostendi, atque idcirco nominari divinam à Deo, non miseram, neque infelicem Salamina. *Plur. in Themistocle.*

Q. FAB. MAX. Diditator, à diis orsus, cum doceret populum, negligentia, & contemptu cæremoniarum à Consule C. Flamini ad Trasimenum peccatum esse, non ignavia militum, admonuit, ut ne hostes timerent, at deos placarent, colerentque: non ille quidem quo superstitiosus animos implicaret, immò ut virtutem confirmaret pietate, & spe divinæ opis formidinem eximeret, & elevaret hostilem. Eodem tempore libros consulit Sibyllinos, & convocato populi consilio, vocit diis immortalibus, quod eo anno ver attulisset ex caprino, fuillo, ovillo, bovillo grege, intra fines Italia, campos, flumina, prata id omne se immolaturum (*Liv. lib. 22. cap. 32. id Ver sacrum vocat*) Simul ludi magni voti. *Plur. in Fabio.*

OBEDIENTIAE EXCITANDÆ.

L. SYLLA, quod paratiorem militem ad pugnandum haberet, prædici sibi à diis futura simulavit. Postremò in conspectu exercitus, priusquam in aciem descenderet, signum modicæ amplitudinis, quod Delphis sustulerat, orabat, petebatque, ut promissam victoriam maturaret. *Front. lib. 1. cap. 11.*

FUGÆ EXCUSANDÆ.

SUENONEM III. Danorum regem, à Canuto, & Valdemaro pulsum, Henricus Saxonie dux reducere fudebat. At ubi Valdemarum instructo exercitu obvium prodire audiret, metu territus occasione à tempore mutuatus esse. Ne enim ob piscium raritatem solemne jejunium solveret, simula alimætorum inopia, ignavia studium religionis nomine coloravit. Iter igitur quod festinè spatio venientes consecrarent, triduo remensis sunt, multis impedimentis relictis. *Saxo lib. 4.*

SALUTIS.

Apud PTOLEMÆUM Dionysium regem Ægyptiorum, quispian Demetriam Platonicum accusaverat, quod in Barchanalis aquam biberet, solusque omnium mulieribus non vestiretur. Quod nisi accessus ad regem malè palam vino libasset, & veitru muliebri amictus ad numeros dithyrambicos, cymbalorumque modos fallisset, de eo planè actum erat: quod & regium exemplar non esset imitatus, & aspernaretur Dionysiorum molliorem. *Alben.*

QUESTUS, LUCRI.

JON æditus, qui puer Delphis expositus fuerat, Apollinem, in cuius templo aiebatur, patrem vocabat, propter quotidiana victus beneficia, apud Eurip. *Τὸν δ' ὀπίσσω ἴσα, πατὴρας ἔρωκε λόγῳ* Eum, qui utilis mihi est, patris nomine voco. Item: *Ποῖσ' ἔδωκεν, ἢ δὴ δὲ τὸν βορναῖον δειπασσέν.* Phebo meo serviam, neque desinam eos, qui me alunt, colere. Exeruerat JUDÆUS quidam sub Atacadio impostor ejusmodi fraudem, ut cum rebus necessariis indigeret, Christianismum subito simularet, & baptisterium peteret, qua impostura pecunias multas à Christianis extorquebat. Cùmque hac arte pluribus imposuisset hæresibus, tandem etiam ad Paulum venit, Novatianorum Episcopum Constantino poli, obsecrans, ut baptisimatis ei lavacrum impertiret. Paulus H post traditam Judæo doctrinam de fide, & completos jejuniarum dies, paratis, quæ ad baptisimum necessaria erant omnibus, cum ad baptisterium ducit. Ibi aqua in ipsa colymbethra bis evanuit, & Judæus dolium falsus est. *Sacr. lib. 7. cap. 17. & Sig. an. 416.*

SUPERSTITIOSIS ACCIDENTIA.

ASSIDUITAS.

LYCURGUS querenti, Quid hostias adeo exiguas, & viles præscripsisset? Ne unquam, inquit, Deum interimitamus colere. *Plur. in Appob.* Bestia Appia, mulier ATELLANA, Capuæ habitans: quotidie sacrificavit pro populi Romani salute, Hannibal Capuam tenente. Quapropter à populo Romano liberata, ac bonis postea restituta est. *Livius lib. 26.*

DILIGENTIA, ALACRITAS, STUDIUM, FERVOR.

Exempla diligentia in sacris, pote ex Tit. Correlio, Superstitiosa Negligentia in sacris.

Cum Vulcani opera, JUPITER Palladem discifio cranio edidisset in Rhodo insula, Sol civibus Rhodiis auctor fuit, ut Minervam apud se natam extructa ara venerarent. Rhodiis igitur sine igne ad sacrum properantibus, inconsiderantiam hanc ex religioso fervore proveniente Jupiter imbre aureo supplevit, eosque Minerva in statuaria arte summos fecit artifices. *Pind. Ode 7. Olymp.*

ANAXAGORAS philosophus, rogatus, Ad quid natus esset? Celum, inquit, ut specerem. De patria quoque appellatus, ceu parum hæc sibi esset curæ: immò hanc curo, respondit, digito celum ostendens: *Sabell. lib. 2. cap. 1.* Et tamen hunc Athenienses, ut etiam Socratem, impietatis condemmare non sunt veriti.

NUMA POMPILIUS, secundus Rom. Rex, instituit, ut in profestis, & omnino in sacerdotum festis, per urbem præcones processerent, qui quiescere cives, & ab operibus desistere jubèrent. Quemadmodum enim Pythagoras non permittebat homines per transitum adorare deos immortales, sed continuo ex ipsa domo mente ad id paratos pergere: ita & Numa decere civis eximitavit, neque audire quicquam rerum divinarum, neque aspiciere per desidia, atque negligentiam, sed vacare à ceteris oportere, mentemque adhibere, perinde ut rei ad pietatem maxime opportuna: demque crepitibus, strepitibus, gemitibusque, & quæcunque hujusmodi necessarios vulgariarum artium labores consequuntur, vias vacuas cæremonis præstare. *Plur. in vita Numa.*

Sacrificia, supplicationesque, & ludos solebant Romani ex minutula etiam occasione instaurare. Si quidem si unus equus thessalus decumentum elanguisset, itemque si lava manu prehensisset auriga habenas, supplicationem decernebant instaurandam. Olim unum sacrificium trices instaurant, quod semper aliquod delicti, vel offensiois intervenisse diceretur. Tanta religio erat erga deos populi Romani. *Plutarchus in Coriolano.*

PERSEVERANTIA, CONSTANTIA SUPERSTITIOSA.

IEPHTHE Israhelitarum judex, cum vovisset, si victoria adversus Ammonitas potiretur, quod primum in patriam revertens obvium habuisset, sese sacrificaturum: in filiam, quam unicam habebat, primum incidit: lachrymarumque, ac moestitia plenus majore parum prudens voti, quam paternæ pietatis habitatione, neque illud respiciens, quod parum gratia Deo ejustmodi victimæ ferret, post aliquot dies filiam in holocaustum obtulit. *Judicum. 11.*

ÆGYPTI Saturnum, & Serapim non prius coluerunt, quam Ptolemæorum tyrannide fuerunt oppressi: ita tamen imperio illorum paruerunt: ne religionis suæ mores confunderent. Itaque cum peccudibus, aut sanguine deos placare, piaculum esse ducerent, sed precibus, & thure solo, Saturno autem, & Serapidi diis adveniens hostiæ peccudum, atque etiam humanæ maciandæ essent: sana eorum extrâ pomerium locaverunt, ut & illi sacrificii solenni sibi cruore colerentur, nec tamen urbana peccudum morte polluerentur. Nullum itaque Ægypti oppidum intra muros suos, aut Saturni, aut Serapim sanum recepit. *Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 7.*

ALCIBIADES in patriam ab exilio reversus, cum à Spartanis munita Decælea esset, & in festam hostes, qui itur in Eleusina, viam tenerent, nullam cæremoniam; quæ per mare agebantur, speciem habebant: sed prætermittantur necessarii sacrificia, tripudia, atque multa, quæ in itinere agebantur sacra, cum Jacchum deducunt. Prælarum itaque existimavit Alcibiades, & ad eorum religionem, & ad hominum laudem, ut facris veterem ritum relinqueret: profæques terrestribus copiis sacrum, & præter hostes stipans. Siquidem Agim fe majorem in modum, si quiesceret, dejecturum, & fracturum, aut sacram, & piam pugnam de sanctissimis, & maximis cæremonis in conspectu patriæ initurum, atque omnes habiturum civis virtutes testes suæ. Ubi hæc ei deliberata sunt, Eumolpidisque, & præconibus denunciavit, speculatores posuit in verticibus montium, & lucis principio certos antecurfiores præmitit. Sacerdotes, mystas, & mystagogos accipiens, atque armis tegens, ritè deduxit, & sine strepitu, amplumque exhibuit, & augustum illius spectaculum expeditionis, quam appellabant candidi

Hierophantis, & mystagogi functionem. Quia verò adori eum nullus ausus esset hostium, reductis in urbem sacris, sustulit animos, praturamque in eam exivit existimationem, inexcuperabilis, & invicta ut haberetur suis auspiciis. Infamam verò, & egenam plebem usque adeo illexit, ut nihil æque, atque eum averet tyrannum habere, dicerentque nonnulli, & cum adirent hortantes, invidiam opprimeret, plebs ista legesque tollerent, ac nugatores, qui everterent Remp. quò citra calumniarum metum ageret. *Plur. in Alcibiade.*

Cum Athenienses ob neglecta cæremonia cadavera ad Arginulas decem Prætores capitis damnassent, jamque à lictoribus ad necem trahendi essent: Dio medon unus ex prætoribus, in concionem prodit, inquit: Quod à nobis in capita nostra decretum fuit, oro felix fastum existat huic populo: vota verò, quæ pro victoria de Lacedæmonis omnium maxime illustri diis per vos nominata fuerunt, quandoquidem fortuna nos prohibet, vestra potissimum interesse videtur, ut solvantur curare. Igitur Jovi liberatori, Apollini, deabus venerabilibus persolvite. Horum namque invocatis numinibus debellavimus hostes. His dictis vir optimus cum reliquis ad destinatum supplicium ducitur, cum maxima optimi civis commiseratione, & lacrymis. *Diodorus lib. 13. & Valerius Maximus lib. 1. cap. 2.*

Roma capta, circumfeditant Galli Capitolium, in unum præcipue opus intenci, si quis hostium ex arce evadere. Erat Fabia genti in quintinali colle anniversarium constitutum: cuius rite peragendi cum status dies foret adesset, C. Fabius, ne gentile sacrum intermitteretur, Gabino rite amictus, per medias hostium stationes sacra manibus ferens, nihil ad illorum clamores, & minas terretus, in collem evasit. Peracto sacro eodem vultu, & constantia in Capitolium est incolum reversus, incertum, Gallis miraculo rei atomitis, an religione moris, cuius gens ipsa haudquaquam negligens esset. *Sabell. En. 3. lib. 5.*

MACHBO duce exulum Carthagine obidente (ob rem autem malè in Sicilia gestam exulare iusti fuerant) Cartalo Machici F. ex Tyro reversus, quod publice fuerat missus, ad decimas Siciliensis prædæ Herculi solvendas, cum præter castra iter faceret, à patre accessus, publice religionis munus dixit se obire malle, quam privato officio fungi. Tuiti superbum filii responsum Macheus iniquo animo, religionem tamen reveritus, vim illi inferre non est ausus. Nec ita multis interjectis diebus, Cartalo commentu G in castra à magistratibus impetrato, cum purpura, & infulis, cæteroque sacerdotii ornatu, ad patrem venit, sed ab eo in altam crucem cum ipsis sublatus est insignibus. *Sabell. lib. 9. En. 3.*

Cum aliquando Romæ ludi Circenses APOLLINI celebrarentur, & HANNIBAL nunciatus esset circa portam Collinam inguere: omnes raptis armis concurrunt. Reversi postea cum piaculum formidarent, inveniunt saltantem in circo Senem quendam: qui cum interrogatus, dixisset, se non interrupisse saltationem: ductum est hoc proverbium: Salva res saltante fene. Verrius apud Festum Pompejum hujusmodi fabulam adfert. C. Sulpitio, & C. Fulvio consulibus, M. Caphurnio Pifone prætore urbis facientes ludos, subito nunciato hostium adventu, è foro ad armam concursum est. Sed posteaquam victores redissent in theatrum, ne ludi interemissi religionem adferrent, & instaurari oportere dicerent, inventum, est ibi C. Pomponium libertinum, hominem grandem natu ad tibicinem saltasse. Itaque gaudio non interrupta religionis editam vocem, nunc quoque celebrari ajunt proverbio, Omnia secunda, saltat fene. *Erasmus.*

ROMANUS SENATUS post Cannensem cladem decrevit, ne matronæ ultra trigesimalium diem luctus suos extendere, uti ab his sacra Ceteris peragi possent: qua majore pene Romanarum virium parte in execrabili, & ac diro solo jacente, nullius penates mororis expertes erant. Itaque matres, ac filias, conjugesque, & sorores nuper interfectorum, absteris lacrymis, depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem, & aristhura dare coactæ sunt. Quæ quidem constantia obtinendæ religionis magnus cœlestibus iniectus est rubor, si diis placet, ulterius adversus eam ferendi gentem, quæ ne injuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu absterretur poterit. *Valer. Max. lib. 1. cap. 5.*

NERO CÆSAR, ne qui nisi Romani dii patrio more colerentur, neve à vetustis cæremonis decederent, edixit. *Alexand. ab Alex. lib. 4. cap. 5. ex Suet.* Sub VESPASIANO in Ægypto plurimi Judæorum exercitiati

ciati sunt, quod ut Caesarem dominum, aut quemquam alium praeter Deum profiterentur, neque hortationibus ullis, neque minis compelli poterunt. Nullius igitur aut fexus, aut aetatis respectus fuit. Pueri, & adulti per varios sunt cruciatus necati, Sabell. lib. 3. En. 7.

RICHARDUS Frisonum dux, Volfradi Senonensis Episcopi, viri religiosi, & sancti fusu, & adhortatione commotus, ut Christianam assumeret fidem: cum jam baptismatis lavacro tingeretur, altero pede immerso tantum, quarebat, Pluresne majores sui in inferno, an in paradiso cohabitarent? Respondit: datius est, inquit, plures sequar, quam paucos: ibo, quod majores mei me vocant: & relicta Christi fide, ad pristinam se convertit superstitionem. Sed non diu latus hoc contemptu, tertia die subita morte correptus, interit crudelissime. Cuspin. in Caesar.

Superstitio Sclavica Suantoviti Rugianorum idoli diu inter Boemos viguit, donec VENCESLAUS, princeps Boemiae, impetratis ab Othone Caesare divi Viti reliquiis, religionem mutavit. At ne sic quidem memoriam Suantoviti delere quiviret: quippe qui nunc quoque nullam magis solennem salutationem habent, quam eam, quae fit sub Viti nomine: excepturi enim vel hospitem, vel amicum peregre advenientem, Vitei, ingeminant, quasi a Suantovito concessa saluti congratulantes: quia forte ita evenit, ut peste inter vicinos crebrescente, ipsi duntaxat, qui Suantovitum colebant, & contra integri, & incolomes permanerint. Dubna, lib. 1.

Ex Hispania quingenti, & amplius, haud unius cultu religionis Viri imitari, quia FERDINANDI regis Catholici, Christianae pietatis observantissimi, edicto emendatis vitam agitare cogentur, itaque Veteri religionis instituto, in Mauritiam uno agmine transfugerunt, ut inter impios impietate, flagitium post Christianam fidem conditam inaudita. Sa bell. lib. 9. En. 10.

Constantia JUDAEI superstitionem suam abjurare cogebantur, aut perire anno Domini 1348. Anno post Judaeus facti poenitens, igne domi subiecto se cum filiis duobus exussit, ex alto eia mans, Judaeum se moriturum. Quo incendio vicina tota conflagravit. Anno 1390. Judaeus alius flexis genibus consulere rogavit, uti extremo afficeretur supplicio, quod suam religionem deseruisset. Qui cum nulla ratione ad saniorum mentem redigi posset, vivus exurit. Stumpfius.

FRUCTUS SUPERSTITIOSUS BONUS.

Cum caput esset Ilium, ACHIVI miserati captivorum aemulas, per praconem denuntiarunt, ut singuli ex liberis civibus, quod vellent, unum aliquod fecum auferrent. Aeneas igitur ceteris neglectis, cum deos penates exportaret, Graeci pietate viri permoti permiserunt, ut id quoque, quod post Deos charissimum haberet, fumeret. At ille parentem Anchisen exultit. Tum majori adhuc pietatis admiratione ducti, charissima quoque illi indulgere: obsecrantes, eos, qui in deos pii essent, etiam natura inimicos, non irreverenter tractandos esse. Elian. lib. 3. de Var. hisor. Xenophon. in Cynetico, & Q. Calaber. lib. 13. de Virg. Aen. 2.

AETHIOPIES ajunt suae erga deos pietatis praemium tulisse, quod nunquam ab externis regibus subacti sunt: semper enim liberi permanserunt. Exerim cum multi magnis copiis, apparatuque adversus eos profecti sint, nullus tamen eorum imperio potius est. Cambyfes quippe maximis viribus Aethiopes aggressus, & exercitum amisit, & ipse periculum subiit vitae. Semiramis, & consilii magnitudine, & rerum gestarum fama excellens, cum Aethiopiam intrasset, desperatione rerum subito abcessit. Hercules quoque, & Bacchus univervo peragrato orbe, solos Aethiopes etiam Aegypto continerent, tum propter eorum in deos cultum, tum quia inexpugnabiles videbantur, intactos reliquere. Diad. lib. 3. cap. 1.

Ferunt templum JOLAO nepoti ab Hercule constructum, tantae majestatis incolis fuisse, ut si a solitis deficerent sacris, minus evaderent: rursus si sacra se perfecturos voverent, in pristinam restituti sanitatem. Alex. lib. 2. cap. 14.

PAUSANIAS Spartanoorum Rex, ad Platzeas, cum extra militum stationem sacra faceret, a Lydis, qui a Mardonii partibus stabant, circumventus est, qui omnem sacrificii apparatus dissecerunt. Ipse tamen diis ducibus, cum inermis esset, loris Lydos in fugam vertisse, & multos occidisse dicitur. Plat. in Pausania.

PHILIPPUS Maedoe, qui contra Phocenses sacilegus praesulit arma, Sacro bello confecto, in dies suas auxit, tandemque pietatis vim beneficio ab universa Graecia imperator appellatus est, & suum regnum amplissimum omnium, quae essent in Europa, effecit. Diad. lib. 16.

COMATES in Sicilia, heri divitis pecora paciscens, confiteverat nonnunquam Musis aliquod de gregibus domini offerre. Id cum rescivisset herus, duxerit servulum increpavit. Querat Comates, ne succenscat: fore enim, ut Musarum beneficio omnia cumulata reddantur. At herus: Age (inquit) experiamur, an Musae te sint aliturae. Et servum in arborem excavatam includit, atque ab eo discessit, relicta, ut fame moretur. Exacto anno, cum ad eum locum redisset, servum unum, atque incolomem invenit, & multum fauorum citum cum arboris, unde videretur inclusus. Apes enim eam arborem per rimas penetrantes, suavit ipsu lupi auerant. Ex Theocrit. Gilbertus Cognatus lib. 1. Nar. rai.

L. LUCULLUM, qui Mithradatem vicit, maximis opibus, & honoribus auctum esse ob eam causam putaverunt Rom. quod votum Herculi factum persolvisset abunde. Alexand. lib. 3. cap. 22.

MALUS.

ACHAZ Rex, filius Joathan Impiissimus, clausit januas templi, & in valle Gehennon adoravit Baalim, & filium suum idolis consecravit. Ita ut auferret altare zneum, quod Salomon fecerat, & poneret in templo Dei altare idolorum: cujus exempla de Damasco confecerat: Iuste igitur a Domini auxilio derelictus est: & adfuerunt adversus eum Rafim rex Syriae, id est, Aram: & Phacea filius Romeliae, rex Israhel Samariae, & venerunt in Hierusalem, ut expugnarent eam. Hieronym. Com. in Isaiam lib. 3. cap. 7.

Quid eorum simulacra instituerit, & metum deorum hominibus ademerit, & errorem addiderit, inquit Varro apud D. August. lib. 4. cap. 9. de Civitate Dei.

Apud praefatos Aegyptiorum reges saepius deficiente populo. Quidam prudentia praestans Aegyptum in plures partes divisit, edixitque, quae animalia separatum colerent, & quibusvis cibis abstinerent. Eo consilio: ut cum quique certam animaliam pro diis haberent, quae ab aliis colerentur contemptis, alteri alteros perosi, nequaquam simul adversus principes conspirarent. Quod & fecerunt: cum diversorum finium homines invicem disiderent, & mutuo fibi cultus impietate obicerent. Diadorus lib. 1. cap. 7. & Plut. de Iside.

CAMBESYTES Pelusium oppugnans, cum Aegyptii fortiter resisterent, catapultis in hostes tela jacientes obsecris, animalibus, quae Aegyptii tanquam deos colunt, occupavit. Polyenus lib. 7.

ARTEMISIA Cariae regina, cum Latnum oppugnaret, armatas copias occupavit: ipsa vero cum eunuchis, mulieribus, tibicinibus, ac tympanistris in locum Matris deorum, qui septem stadiis ab urbe distabat, sacra peragens, accessit. Latmis autem advenientibus, & pietatem ejus contemplantibus, admirantibusque, ii, qui latebant, consurgentes, urbem invaserunt, obtinentes eam fistulis, ac tympanis, quam armis non poterant obtinere. Polyenus lib. 7.

AGAMEDES, & Trophonius, cum Delphis templum condidissent, & mercedem ab Apolline petissent: septima die se eis redditurum promissit, atque ut interea epularentur, praecipit. Cum paruisissent, septima demum nocte dum quiescerent, interierunt. Plutarchus in Consolatoria oratione ad Apollonium. Pausanias tamen mortis illorum aliam causam affert.

NICIAS Atheniensium dux, dum umbram extimescit deficientis lunae desiderans, muro ab hostibus circumvallatus, cum quadraginta millibus capium contrucidatorum, vel vivorum captivum in dedicationem concessit, ac turpiter vitam deposuit. Plut. de Superstit.

METELLUS Pontifex, Vestalis aede fortuito igni flagrante, per medias flammam Palladium incendio subtraxit. Cessit illi audax conatus prosperè: nam deo simulacrum servavit: sed res felicius cessisset, si visum non amisisset. Fuit tamen clades illa religiosae mentis, & immodicae caritatis in deam teptis locupletissima: fuit & ornamenta, datum est enim ei a Rom. tantae pietatis admiratoribus, ut currum veheretur in curiam: qui honor nulli ejus ordinis ad id tempus contigerat. Sabell. lib. 5. cap. 1.

CN. POMPEIUS Hierosolyma potitus, templum oppugnabat muni-

munissimum. Erigebant Romani argetem, ut fossa completa templi murum machinis quaterent. Verum Judaei opus egregie impediabant, & nisi parvus mos illis fuisset, per otium septimum quoque diem exigere, non potuissent. Absolvere argetem, prohibere enim vim inferentes lex permittit, sed opus facientem hostem impedire non sinit. Quod ubi animadvertenter Romani, sabbathis neque eminus incesabant telis Judaeos, neque manus cum eis conferrebat: tantum erigebant argetem, & turres, machinasque admovebant, ut eis postredie adversus Judaeos vii possent. Sic tandem concussa turri maxima machinis e Tyro advectis, quae collapsa, templum tertio mense captum est, die junii, 179. Olymp. c. Antonio, M. Tul. Cic. Coll. Josephus lib. 14. cap. 8. Dion. Strabo.

VESPASIANUS Judaeos Saturni die (quo eis nefas est quicquam feriae rei egere) adortus superavit, Fron. lib. 2. cap. 2.

HAUMAR Saracenorum dux, in honorem Mahometi templum Hierosolymis extruxit. In quo tandem orans a Persa quodam interfecit anno Domini 647. Siegh. & Paul. Diac. lib. 19. rer. Rom.

HARALDUS V. Danorum rex, solis facerum officis deditus, & impunitus omnium noxae cervi legum indulgentia praeterit Saxo.

Artem Vordenstein principes Brunsvicensis occupant, Bremensi Archiepiscopo ademptam. Praevalerat in eo oppido superstitione magna. Quidam OTHERUS, vanam sanctitatis imaginem praeseferens, putabat sancta reddere, quae quocumque tangeret. Ingens hominum concursus fit: felicem se reputabat, quisvis Oberti contingere manus ineretur. Hanc superstitionem aluit arcis praefectus, quod oblationis nomine multa congereret, qui accurrebant. Hac occasione freti missi Archiepiscopi, specie peregrinorum, visendi hominis sancti gratia venientium, ab arcis custodibus intronissi arcem receperunt, & Obertum ad stivam redire compulerunt. Crantzius lib. 7. Metropoli, cap. 49.

DEI CULTUS SUPERSTITIOSUS. RESPECTU.

EJUS, QUI COLITUR. PUTA DIVUS.

Seculo quarto post Christum quaedam mulieres Arabum eurrum, five sellam quadratam ornantes, expanso super eam linteo, per aliquot dies panem proponebant, & offerebant in nomine Mariae. Omnes autem de pane participabant. Item habebant imaginem Mariae, quam adorabant, & offerebant collyridem, seu placentam. Epibianus lib. 3. tom. 2. barresi 78. & 79.

DEMON.

Duodecim fuerunt apud Rom. dii Conesentes, sex mares, & sex feminae: quorum imagines auratae stabant apud forum, ut refert Varro lib. 1. Reivisita. Hos Ennius ditichico est complexus:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Conesentes appellat, quasi consentientes in eo, quod est gerendum: His enim utitur velut consiliarios Jupiter in maximis rebus agendis, ut August. de Civit. Dei cap. 23. & apertius Seneca tradit ex disciplina Etrusca lib. Nat. qu. 2. Ferunt, ex antiquis monumentis Pomponium Latrum ad Medicum Laurentium scripsisse, singulis illorum deorum suum mensem esse facrum: Januarius Junoni, Februarius Neptuno, Martius Minervae, Aprilis Venerei, Majum Apollini, Junium D Mercurio, Quintilem Jovi, Sextilem Cereri, Septembrem Vulcanus, Octobrem Marti, Novembrem Dianae, Decembrem Veste. L. Fies in lib. 4. Aug. de Civit. Dei.

Idem nefcio quem SUMMANUM, qui nocturna fulmina tribuebat, colerunt magis, quam Jovem, ad quem diurna fulmina pertinebant: Sed postquam Jovi templum insigne, ac fulmine constructum est, propter aedis dignitatem, sic ad eum multitudine confluit, ut vix invenitur, qui Summani nomen, quod audire jam non potest, se saltem legisse meminerit. August. lib. 4. de Civitate Dei, cap. 23.

Scribe Terullian. in Apolog. in Norico olim Tibelinum (hoc est diabolium) cultum esse. Nam etiamnum hodie Zeufel. Germanis diabolium sonat.

Gens Sueonum templum olim habuit, quod Upsala dicitur (sedes hodie metropolitanae regni ibi est) non longe a civitatibus Sictona, & Birca. In templo (quod totum fulgebatur ex auro) statuas trium venerantur deorum, antequam Chri-

sto crederent. Potentissimus Thor in medio triclinio strato pulvini coelebatur. Hinc inde latera ejus cingebant Vuodan, & aquae Frizzo. Thor inquit, praesidet in aere: tonitrua, & fulgura, ventos, & imbres, serenitatemque gubernans, fruges administrat cum fructibus univervis. Alter Vuodan, hoc est, fortior, bellis praesidet, hominibus fertur in hostes vires subministrat. Tertius Frizzo pacem, & voluptatem moderatur: cujus etiam simulacrum turpitudinem praese ferbat. Vuodanem sculpunt armatum, ut alii Martem: Thor autem cum scepro Jovem videbatur exprimere. Arbor, incognita juxta templum stabat ingens, patulis diffusa ramis, aetate, & fume juxta vires. Fons scaturiebat ad locum sacrificiorum. Sacrificaturi, hominem hic immerere vivum: qui si facile mergeretur, saultum renunciabant votum. Aurea catena fertur cinxisse templum, ad moeniana domusque fastigia suspensa, late rutilans accessuris. Nam templum in planitie situm montibus ambitur. Si pestis, aut fames ingruat, Thor ipsis sacrificabatur: si bella, Vuodam: ad nuptias in eundem Frizzoque supplicabatur. Post novennium totius regni celebrabat templum visceratur: ne regibus quidem immunitas a mittendis donariis. Reges aliquando Christiani, quod sacrolego cultu hujusmodi abstinerent, regno sunt dejecti. Novem diebus sacrificia praegabantur, novem per singulos dies animantium genera (in quibus & homo) sacrificabantur. Crantz. in Suecia praefat.

Deum nuncupatum cacodaemonem venerat Rex empotrii India celeberrimi CALECTUS, confusus illi factam a Deo potestatem judicandi orbis terrarum, & tribuendi unicuique pro beneficiis videlicet, & malefactis mercedem meritam. Ejus imaginem ut monstrum horrendum ingens, sedentem capite redimito diademate, Romanorum pontificum modo, scribit Ludov. Roman. patricius in 5. Navis. 6. 2. Regem habere in sacello suo. Hoc autem illi accedit, quod diadema ipsius ternis insignitur cornibus, Deum vero maximum Tancrani appellant incolae.

Samogitarum rustici daemoni ZIEMIENNEK sub sinu O. thobris sacra faciunt, omnis generis animalia domestica baculata ad mortem usque percutientes. Alexand. Guagnani in Lituania.

SIDERA.

Ab CARENIS Lunus Deus eximio venerationis ritu colitur: quoniam sit ab prudentissimis traditum, qui Lunam feruino credat nomine appellandam, itaque habendam profum mulieribus mancipatum delicis vitam transfusurum servituti onere investigabili. Atqui masculorum decuriae adscribendam censuerit, cum vero uxori pro honoris iniectionem frenata, reclinat facile, vel elusis, pertruptive insidiarum tendiculis ornibus. Nam Graecis quoque, Aegyptiisque, etiamque uti feminam videntur enunciare, mystico tamen sensu deum planè credit. Caelius lib. 10. c. 7. A. L. ex Strabone.

In foro Philasorum, capta ex aere magna sui parte inaurata conspicitur, ob eam causam dedicata, quod hinc, quam Capram vocant, ortu suo vitibus perniciem afferre consuevit. Ne itaque coelestis capra vinctis noccat, forentem illam ex aere cum aliis afficiunt honoribus, tum vero auro eam exornant. Pausan. in Corinth.

Caniculae a Rom. olim rutila canes, ut ait Atteius Capito canario sacrificio pro frugibus, ad sedandam tempestatem immolabantur. Cui ab Aristeo Arcade edochi, singulis annis epandem exortum servarunt cum armis, eidemque rem divinam fecerunt ad impetrandam pluviam. Caelius lib. 17. c. 27. Antig. Lellionum.

Mos erat antiquis, adorare solem, quem Deum existimant, & a Peris praecipue colebatur, nomine MITHRAE: H item apud Aegyptios Oltidis, apud Graecos Apollinis, apud alios alius, atque aliis nominibus. Hunc Orientem salutabant religionis causa. Quem morem tradit Socrati fuisse Plato, ferunt: & ab Elephantis adorari solem in exortu. Salutabatur & Occidens, sed a paucioribus. Erasmus in Adagiis.

Apud Phoenices colebatur Sol, quem sua lingua HELIOGABALUM vocabant; Erat autem lapis maximus, terebreter ab imo, sensimque fastigiatus, propemodum in cont figuram, niger illi color, quem indigena jactabant caelo delapsum: Viscebatur in lapide culta quaedam, quam Solis vulgo esse arbitrat, haud humano artificio fabricata. Hujus sacerdos fuit Bassianus, jam annos quatuordecim, cum a militibus propter formam, & quia Caracalla filius credebatur, in Imperatorem electus est, caeso Marcino. Herod.